

eruditos vel in moralibus visitatos quia plenus
est et directus. Alterum vero consensum quem dici
mus interpretatiuum difficilius est aduertere. Nam
fit multis modis. Vnus est quando ratio debet esse
peruigil circa aliquod reprimendum vel repellendum
dum iam insurgit actualiter sed omittit et negli
git repellere quasi tacens. Iuxta illud vulga
tum. Qui tacet consentire videtur. sic nauta
negligens dicitur causa submerisionis nauis
Notanter vero dicitur quando ratio debet esse p
eruigil circa aliquod reprimendum quod si actus esset
indifferens vel talis circa quem ratio non debet labo
rare ad repellendum seu reprimendum quod scilicet non
imminet periculum peccati per silentium suum. tunc non dicitur
voluntas in tali silentio consentire. unde potest
aliquando deberet dici dissentiens sicut fit in
temptationibus blasphemie et multis alijs que
melius vincuntur filendo siue non aduertendo quam
pugnando et directe conuincendo. sic in civilibus que
quid verum est. aut quod tacet non statim videtur
consentire immo verius dissentire iudicatur.
Alia regula dicit. Qui tacet non concedit et negat
Amplius vero fit consensus iste secundus non
quam indirectus quando scilicet voluntas aliquod
vult vel agit ad quod solet sequi aliud quod est
peccatum ut cum aliquis inebriat se voluntarie ad
quod sequitur dormitio et ex dormitione omissio

Diss. Axiom.